



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 4. Benedicti XIV. Papæ querelæ propter Cardinalis Sinzendorffii
captivitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

Præterea Olomutii inter deditio-
 pacta die 27. Decembr. inita Sverinus
 Comes nomine Regis pollicebatur, Ca-
 tholicam Religionem in omnibus suis
 hucusque usitatis functionibus, exerci-
 tiis & publicis ritibus nec turbatum
 nec præpeditum iri, nec alium, quam
 Catholicum vel civitatis jure donan-
 dum, vel in Senatum esse adlegendum
 ac in universitate & urbe præter Catho-
 licam nullam scholam vel Ecclesiam ad-
 admiscendam, cunctaque privilegia Bi-
 piscopo, Capitulo, Monasteriis &c. &
 aliisque piis causis & foundationibus ser-
 va servanda. Imo Friderici II. toleran-
 tia eo usque processerat, ut sub eius
 auspiciis non modo Schwenkfeldiana
 secta, sed etiam illa societas, quæ
liberos Murarios appellat, tutum in epis-
 ditionibus asylum haberet, unde eorum
 numerus plurimum augebatur, atque
 inter socios tam jucundæ audiebantur
 gratulantium acclamationes, ut etiam
 in Comekenfi horto festivam, publicam
 que solemnitatem ipsa die sancto Joanni
 Baptistæ sacra ingenti profus pompa
 celebrarent.

§. IV.

*Summi Pontificis querelæ propter Car-
 dinalis Sinzendorffii captivitatem.*
 Non minus acerbo dolore paternum

Benedicti XIV. Papæ pectus lancina- Sæc. XVIII.
 bat violenta Sinzendorffii captivitas: A. C. 1741.
 quapropter animi sui amaritudinem in
 finum Venerabilium Fratrum suorum
 effusus, habito, ut vocant, *Consistorio*
 eos his verbis allocutus est:

VENERABILES FRATRES!

„Percepimus, inclyti vestri Ordinis
 „membrum, dilectissimum Filium no-
 „strum Philippum Ludovicum tit. S.
 „Mariæ supra Minervam Presbyterum
 „S. R. E. Cardinalem Sinzendorffium,
 „nostra gratia & consensu Vratislavien-
 „sis Cathedralis Episcopum, eo ipso
 „tempore, quo debita vigilantia pasto-
 „ralis sui officii partes erga commissas
 „sibi oves expleverat, a Friderico Mar-
 „chione Brandenburgico hostilibus armis
 „Silesiam invadente, Ottmachovio ca-
 „ptum fuisse abductum. Hoc factum
 „Vobis, Venerabiles Fratres, hoc in
 „loco manifestare voluimus. Ipsimet
 „facile perspicietis, quam gravi dolore,
 „molestia, & incredibili afflictione cor
 „nostrum excruciarit hæc violentia E-
 „piscopali dignitati tantopere adversa,
 „sacro Collegio noxia, & Apostolicæ
 „Sedi, Nobisque injuriosa, ac denique
 „hucusque nunquam audita. Notum
 „enim vobis est, quanto in honore ac
 „veneratione Vos habeamus, quantave
 Z 3 „ani-

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

„animi propensione vestram dignitatem
 „supremis honoribus æqualem semper
 „protegere atque augere intenti simus
 „Eapropter accepto fatali hoc nuntio
 „quantocyus in forma Brevis epistolæ
 „ad nostrum in Christo dilectum Filium
 „Ludovicum Christianissimum Francæ
 „Regem dedimus, eumque pro sua
 „nata pietate ac Religione eximia sum-
 „mis precibus exoravimus, ut juxta
 „liale suum erga Nos affectum, & pe-
 „petuam sacræ Sedis protectionem et
 „empla suorum Majorum de Ecclesiâ
 „optime meritorum æmulari, ac pu-
 „nobis in hac causa Regiam suam au-
 „ctoritatem, potestatemque impende-
 „velit. Eadem occasione pariter
 „ctum nostrum Filium Andream Hero-
 „lem S. R. Ecclesiæ Cardinalem Fle-
 „ryum impense sollicitavimus, atque
 „hortati sumus, ut eundem Regem
 „pud quem plurimum gratia valet,
 „inducere conetur, quatenus capere
 „Collega libertati restitueretur,
 „que sui Zelo specimen ederet.
 „suasi insuper sitis, nos nulli insuper
 „buri parcituros, ut etiam Catho-
 „Principes nostris hortationibus ad
 „efficiendum excitentur, horumque
 „tam præclarus Antistes ac Cardin-
 „honore suæ dignitati debito rursus
 „suam Ecclesiam reducat. Interni

„vobiscum, Venerabiles Fratres Principem Pastorem animarum, Jesum Christum humillime deprecemur, ut Apostolicum caput omnesque Ecclesiae Ordines in sancta fide clementissime tueatur ac conservet &c.“ Quem porro exitum hæc causa habuerit, postmodum referemus.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

§. V.

Matrimonia dissolvendi libertas a Papa Polonis restricta.

Cum in quibusdam Polonici Regni Diæcesibus tanta corruptela invalescere videretur, ut quorundam Episcoporum Vicarii generales ob leviores etiam causas connubia quoad thorum, imo & quoad vinculum dissolverent, hinc Benedictus XIV. pastoralem suam sollicitudinem ad remotas hasce terras extendit, ac de hac facilitate minime toleranda certo edoctus, die undecima Mensis Aprilis cunctos hujus Regni Episcopos hortabatur, ut deinceps cautius in concedendo conjugiorum divortio procederent: Hanc in rem ad eos sequentem transmisit epistolam encyclicam:

„Perpetuum indissolubilemque nenum, cujus firmitatem ab Adamo
Z 4 , „tanto